


Dn. Damiani Häfelmeieri, &c.

bisce multum accessurum putat, si Generosi Domini Barones, Iuvenesq; Nobilissimi, Actum illum solennem sua praesentia illustrarent: pro singulari igitur ipsorum clementia ac humanitate, qua haecenus Viros, eruditione ac virtute prestantes, complecti consueverunt, etiam festiuium illum diem exornare non dedignabuntur. Quod reliquum est, Generosi Domini Barones, Nobilissimiq; Iuvenes hic adstantes, T. E. omnem suam clementiam, fauorem & benignitatem pollicentur. D I X I.



Oratio

CLARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI, DN. DAVIDIS Magiri, V. I. D. eminentissimi, & Professoris Pandectarum Ordinarij: Cum Doctura Insignia & Privilegia Iurium Candidato solenniter conferret.



ILLUSTRISIME ET GENEROSISIME Princeps Domine IOANNES FRIDERICE, Dux Wirtenbergensium & Teccensium, Comes Montibeligardi &c. Vosq; caetera heroum Proles inclyta, Principes Illustrissimi Celsissimiq; Domini Clementissimi, Serenissimus Celsitudinis vestrae conspectus non potest non esse hinc nostris comitijs Academicis longè iucundissimus.

NAM si bonis omnibus insitum est à natura, vt rectè factorum multos egregiosq; spectatores ac testes habeant, quomodo potest, Juridicae Facultatis
Col-